



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Athenienso Et Neopatrensi Archiepiscopis, & Episcopis Davaliensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

rundam verborum inflammati calore id fuerit perpetratum , demum tamen ad compositionem hujusmodi pro satisfactio- ne Subdiacono ipsi præstanta spontanei devenerunt , ut videat idem nobilis honorificentiam illi & sibi verecundiam faciendo , cum ducentis militibus à loco in quo præfatum Subdiaconum captivavit usque ad civitatem Magdeburgensem & per omnes conventuales Ecclesias portet opprobrium quod harmisicare vulgariter appellatur , detque sibi centum milites in vasallos , qui nunquam à sua fidelitate recedant , ac turris in qua fuerat carceratus , funditus destruantur , & quinque libras usua- lis monete cui vel quibus Ecclesiis voluerit Subdiaconus antedictus , assignet annualiter in perpetuum exolvendas , peratque ab ipso veniam cum viginti nobilibus , reverentiam corporalem exhibendo de mo- re ; cum quibus etiam ipse juret se nequaquam preconcepisse in persona vel rebus eidem Subdiacono lassionem inferre , sed ex quadam vehementia & calore animi quod factum fuerat evenisse ; qua omnia infra sex hebdomadas postquam fuerit à predicto commonitus Subdiacono , nisi forsitan ipse majus spatium ei duxerit indul- gendum , procurabit implore . Cùm igitur idem Subdiaconus ad preces & præceptum nostrum hæc ei de præscripta forma duxerit remittenda , ut nec turris in qua deten- tus exitit diruatur , nec memoratus nobilis reverentiam corporalem , quam sibi apud sedem exhibuit apostolicam , per se cogatur iterum exhibere , ipsum & socios suos qui cum eo ad sedem apostolicam accesserunt ad vos cum gratia & benedictione nostra duximus remittendos ; injuncto sibi sub debito præstiti juramenta ut præscriptam compositionem observet , quam spontaneus noscitur iniisse ; hanc etiam sibi gratiam ad preces ejusdem Subdiaconi facien- tes , quod ceteri ejus socij , qui propter hoc fuerint absolvendi , pro absolutionis mune- re obtinuerint laborare ad sedem apostoli- cam non cogantur . Quocirca discretione vestra per apostolica scripta mandamus quatinus dictum nobilem de cetero prop- ter hoc nec vos in aliquo molestatis , nec permitatis ab alio molestari , & tu , frater Archiepiscopi , absolvendos ipsius socios secundum Ecclesiæ formam absolvens , in- jungas eisdem quod ex tenore compositio- nis prædictæ videris injungendum . Datum Laterani v. Nonas Octobris , pontificatus nostri anno tertiodecimo .

ATHENIENSI ET NEOPATRENSI
Archiepiscopis , & Episcopo Davalensi.

G Ravem dilectorum filiorum fratrum militiae Templi receipimus quæftio- nem quod cùm nobilis vir G. Marchio Pe- lavicinus & Meboffa Comestabulus quon- dam Marchionis Montisferrati quandam locum qui Sydonius dicitur , pertinentem ad ipsos , jamicdatis fratribus concesserint intuitu pietatis , & ipsi quoddam castrum ibidem ad defensionem terræ construxerint non absque gravibus laboribus & expensis , carissimus in Christo filius noster Impera- tor Constantinopolitanus illustris castrum ipsum cum pertinentiis suis & quædam alia eis pro suæ abstulit arbitrio voluntatis , que quidam nobilis R. de Trabalia Citrensis diocesis ejus nomine in ipsorum fratrum detinet præjudicium & gravamen : qui li- cèt saepius super hoc obtinuerint scripta nostra , suam tamen ob ipsius Imperatoris favorem & potentiam supradicti R. nequi- verunt haec tenus consequi rationem . Cùm igitur dictos fratres , qui pro servitio Iesu Christi multis laboribus se exponunt , no- limus ab aliquibus indebitè prægravari , per apostolica vobis scripta mandamus qua- tinus detentorem ejusdem castrorum & aliarum rerum monere prudenter & efficaciter in- dicere procureatis , ac , si necesse fuerit , per excommunicationis in ipsum & in jamic- tum castrum interdicti sententias , sublato appellatiois obstatculo , compellatis ea om- nia , sicut justum fuerit , fratribus restituere memoratis ; supradicto Imperatori ex parte nostra nihilominus intimantes ut de- tentori prædicto vel alijs in eorundem fra- trum injuriam vel gravamen nullum im- pendat auxilium vel favorem , cùm ex hoc graviter oculos divinæ majestatis offendat . Alioquin , quantumcunque sibi , utpote carissimo in Christo filio , deferre velimus , cùm eorundem fratrum tantam dissimula- re injuriam nequeamus , in ipsum etiam officij nostri debitum exequi cogeremur . Quod si non omnes &c. duo vestrum ea &c. Datum Laterani xv. Kal. Octobris , anno tertiodecimo .

E I S D E M .

D Illectorum filiorum fratrum militie templi exposita nobis querimonia patetfecit quod cùm claræ memoriae Bo- nifacii Marchio Montisferrati eis Raven- nicam cum omnibus pertinentiis , honori- bus , & juribus suis pia devotione contule- rit ad subsidium terra sanctæ , prout in ejus

Epist. 137.
De codem at-
gumento.
Vide lib. 14.
Epist. 109.

Ooo iij